



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

Carmen F. Ioannis Scheuenhusij Benedictini ad lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



CARMEN TRICOLON  
TETRASTROPHON AD  
LECTOREM.

**V**os qui superbo carmina promittis  
Ioui, marinum qui colitis Ducem,  
Et qui tenebrarum Tyranno  
Nerapiat pia iura feris.  
Vos qui dearum ad sidera tollitis  
Nugas, canentes Pierio sono  
Tam dulce carmen, quam nec Orpheus  
Cum modulis lapides moueret.  
Vos qui in cruenta saluificum Deum  
Mactastis ara, foedaque Sabbata  
Explosa millenis ab annis,  
Perniciem in propriam patratis,  
Librosque voluens hereticum genus  
Frustra sacratos, quod canis improbo  
Expectat infernalis ore  
Cerberus, & quod amanda Petri  
Submersit undis prora fugacibus:  
Nec non sacerdos sacra parans Deo  
Plebiq; percharus, quod ore  
Mellifluis pia verba profers,  
Senum cohortes, & iuuenum choris,  
Deuota musis turba loquacibus,  
Gazis redundantes, adeste,  
Pauperum miseramq; pressis.

*Iam vita Christi prodijt inclita,  
Iam sydus omnes irradiat nouum  
Fulgore terras, iam modestus  
Ore LEO repulit catenas:  
Et uina NARDVS iam exfaciat suo  
Odore nares, quem nec amabilis  
Fauonius iucundo ab axe  
Attulit, inseruitq; campis.  
Huc ergo festini, huc pede concito  
Meate, & atris pellite sedibus  
Opes inescantes senectam,  
Quos teneri recreant odores.*

F. Ioannes Scheuenhufius Benedi-  
ctinus in Abdinckhoff.

